



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

60. An per generalem votorum commutationem factas virtute Iubilæi, aut Bullæ possit Confessarius, transacto postea tempore Iubilæi, vel Bullæ, illa commutare? Et docetur, quod per absolutionem ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

signato in eo, ita ut leo tempore transacto, fieri nequeant, aris factis in illo tempore consequens Jubilæum comparat priuilegium, vt absoluatur ab omnibus refeatuari, & in quibusdam secum dispensetur, & vt com-  
munitur ei vota, usque ad Jubilæi tempus emissa. Quid utique priuilegium temporis certo adstrictum non est, vt constat ex iphis tenore, qui vbi prius ope-  
ra facienda temporis alligavit descendens ad priuilegia concessa, sic autem absque illa temporis limitatione. Con-  
ciliis ut possint hac vice tatum idoneos presbyteros approbaros, eligere, qui eorum Confessionibus diligenter auditis, liceat iisque ipsos absoluere, &c. nec non &  
vota commutare, &c. Sicut si Pontifex erganti certo die elemosynam, concedat priuilegium aliquod, ergo  
gatio elemosynæ alligatur temporis, non autem priuilegium. Et confirmatur, quia in Bulla Cruciatæ expre-  
dit Pontifex finito anno, cessare omnia eius priuilegia,  
Itaque cum in Jubilæo hoc non exprimat, apparet non  
vile illa cessare.

3. Ex his patet responsio ad argumentum Bonaci-  
na, & aliorum. Nam dicimus, Sacerdotem etiam trans-  
facto Jubilæo, habere iurisdictionem, & potestatem  
commutandi vota illius penitentis, qui Jubilæum  
consequitur est, nam priuilegium commutandi talia  
vota non erat, alligatum tempori, sicuti alia opera ad  
consequendum supradictum Jubilæum. Et ita, hanc  
sententiam præter doctores citatos nouissimè amplie-  
vus est Leonardus Less. in ultima editione operis sui do-  
cumentum infra. & iure, lib. 2. c. 40. dub. 16. n. 109.

## RESOL. LIX.

Ad tempore Jubilæi quis, noluit petere commutationem votorum, possit postea, transacto Jubilæo, illam petere?  
Ex quo inferitur, quod quando tempore Jubilæi quis, obti-  
nuit a Confessario generalem commutationem, & dis-  
pensationem circa vota, (imo quando nulla facta est a  
Confessario electo commutatio) censeatur sublata refer-  
ratus votorum oblitiorum, & sic illa, transacto Jubilæo,  
possit communari a quocunque Confessario, si peni-  
tent verè lucratum est Jubilæum. Ex part. 5. tract. 12.  
Ref. 40.

Affirmatiam sententiam alibi docui cum San-  
chez & aliis, & nunc iterum doceo cum  
Laurentio Portel in dubiis Regular. ver. Indulgencia pro  
Jubilæo, num. 18, vbi sic ait. Qui tempore Jubilæi ha-  
bebat votum, & noluit pro time illud sibi commu-  
nari, potest nihilominus transacto Jubilæo petere  
illius voti commutationem eamque dare potest qui-  
libet Confessor. Nam concessio illa sibi facta in  
Jubilæo pro commutandis votis, & hoc priuilegium  
non est alligatum tempori, quo durat Jubilæum,  
sed potest ex vi eo tempore transacto (non sic vero  
potest vi licentia ut absoluatur a referuntis nisi de ob-  
ligatione Jubilæo finito.) Iam enim penitentis per confes-  
sionem factam tempore Jubilæi acquisiuit ius ad hoc  
priuilegium, & vt posset postea dictum votum com-  
mutare, ita ille, & post illum nouissimè Angelus Bos-  
tius de Jubilæo, sect. 2. cap. 47.

2. Huius a fortiori inferitur contra Suarez de Relig.  
tom. 1. lib. 6. c. 16. num. 4. Filliucium tom. 1. tract. 8. cap. 10.  
num. 2. 9. Layman lib. 5. tract. 7. c. 8. num. 9. Lauorium  
de Jubilæo p. 1. c. 14. n. 94. Pollachum de Jubilæo, sect. 42.  
num. 69. & alios quando tempore Jubilæi quis obtinuit  
a Confessario generalem commutationem, & dispen-  
sationem circa vota, censeatur sublata referuntis voto-  
rum oblitiorum, & sic illa transacto Jubilæo possunt  
communari a quocunque Confessario. Ita tenet Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 15. num. 16. & in summa,  
Tom. I V.

tom. 1. lib. 4. cap. 5. 4. num. 37. Sanctarell. de Iubi. cap. 8.  
dub. 4. Leo de Jubilæo, part. 2. num. 201. & Boffius vbi  
Supra, cap. 44.

3. Imò ego puto etiam quod quando intra tem-  
pus in Jubilæo præscriptum nulla facta est a Confessario in hoc  
tempore commutatio, vel dispensatio generalis voto-  
rum, sed aut nulla vota penitentis sunt commutata, legi docit.  
Ref. præce-  
denti, vel ea sola in specie quæ ab eodem penitente fuerunt  
Confessario detecta vota oblita possint tempore iubi-  
lei elapsa ab alio Confessario commutari, si penitentis  
verè lucratum est Jubilæum. Ita Zerola de Jubilæo lib. 2.  
cap. 12. dub. 1. Henriquez lib. 7. cap. 1. num. 4. Sancta  
de matrim. vbi supra, num. 17. & in summa, num. 39. Fer-  
nandez in medulla, part. 3. cap. 7. §. 8. num. 6. Sanctarell.  
lus de Jubilæo, cap. 1. dub. 1. Leo loco citato, num. 100.  
& alij, quicquid contrarium etiam probabilitate affec-  
rat Suarez, Filliucius, Layman, Pollachus, & Lau-  
rius locis citatis.

## RESOL. LX.

Anper generalem votorum commutationem factam virtute  
Jubilæi aut Bullæ possit Confessarius transacto postea  
tempore Jubilæi, vel Bullæ, illa commutare?  
Et docetur, quod per absolutionem generali datum in  
confessione vigore Jubilæi, vel Cruciatæ a censoris res-  
seruatis, & dispensatione in irregularitatibus, & ab-  
solutione peccatis oblitis reservatis, non est dubitan-  
dum manerit penitentem absolutum a censoris, &  
dispensatum in irregularitatibus; & quod peccata obli-  
ta reservata possint transacto Jubilæo & Cruciatæ, con-  
fiteri, & absolvit a quocunque Confessario ab Ordinario  
approbato.

Et deducitur, quod potest Confessarius intra tempus Ju-  
bilæi dicere penitentem, commiso tuum votum in illam  
rem, aut res, quam, aut quas tibi designabo post tres, aut  
quatuor hebdomadas post transactum Jubilæum.  
Item potest Confessarius elegere commutationem votorum  
in rem illam, quam talis, aut talis indicaverit prudenter  
sufficiendam. Ex p. 10. tr. 14. & Mis. 4. Rel. 30. alias 28.

§. 1. N egatiuè respondet Texeda in Theol. mor. 10. 2. Sup. hoc fa-  
lib. 3. tract. 3. §. 4. controli. 10. n. 9. 1. Primò, quia Ref. præce-  
ad rationem commutationis Voti, requiritur necessaria-  
rità ut exprestè cognoscatur. Votum a Vouente emi-  
sum, & cuius qualitatis sit: sicuti ad rationem dispensa-  
tionis requiritur necessariò, quod causa dispensationis  
cognoscatur a Dispensante. Secundo, quia ex vi  
illius generalis commutationis, vigore Jubilæi a Con-  
fessario facta, vel Penitentem manet absolutus ab obli-  
gatione Voti referenti vel non; Si dicas secundum,  
iam illa commutatio generalis nihil operata est, nec  
ablatâ fuit ab illo Voto referuato: si Primum; ergo iam  
potest fieri Votum commutatio, ab que cognitione  
expresa illorum; quod repugnat rationi commutatio-  
nis; Insuper etiam sequitur, quod cum Votum referua-  
tum iam immutatum sit, itave Vouens illud frangens  
non sit Voti reus, ut vult Sanchez, siquidem non te-  
netur illud exequi circa aliam materiam subrogatam,  
cum adhuc in illo tempore non sit signata.

2. Imò sequitur ex sententia modernorum,  
quod quis sit obstricetus Voto referuato, & quod non  
teneatur illud implore: quod est falsum, & contra ius  
naturalē. Probatur: quia per generalē illam com-  
mutationem, non fuit ablatâ obligatio voti, cum non  
fuerit alia materia subrogata; per commutationem  
enim veram non tollitur obligatio voti obligatio, sed  
transfertur in aliam, ut ex dictis constat: ergo, cum  
obligatio illa voti referuati non sit in alteram translata,  
quia nulla fuit subrogata materia, manet re vera Vo-  
tum, & eius obligatio, & tamen qui eo est obstricetus,

P non

non tenet illud servare, cum sit commutatum, ut supponimus.

3. Obiiciunt Aduersarij; praedicta Vota reseruata tempore habili sunt commutata, & solùm superest declaratio circa materiam subrogandam, ergo transfacto Iubilai tempore, possunt commutari Vota ante illud emissa, etiam si reseruata sunt, nec tunc commutata dummodo praescribit illa generalis commutatio. Respondetur Primo: hoc argumentum minimè inficiare vim rationis nostra, qua contrà illud est. Secundo respondetur; quod quamvis illa generalis commutatio si facta tempore habili, est tamè infrauctuosa, nec aliquid operatur, quia deficit in Confessario commutante Voti cognitio expressa, & eius materia. Nec est simile de absolutione generali à Censuris reseruatis, & de Dispensatione in Irregularitatibus, ac de commutatione Votorum, vt malè opinantur præfati Moderni: nam Sup. hac c. Censura, etiam si annexa sit casibus reseruatis, cùm non exposcat sui ipsius cognitionem, tollitur directe tr. 1. Resolutio. & si & absit malitia, & etiam Irregularitas, etiam si placet, legi ablati sit; censentur etiam dispensata, quia Absolucionis doctri, alia Resolutio, uens generaliter intendit etiam in illis dispensare, eius not. & quatenus ipse potest, quod sufficit, quamvis illarum signanter in non habeat cognitionem. Casus etiam reseruati §. 2. Resol. 3. eti si in Confessione sint oblii, dummodo Confessor. Et pro obli. sario sit circa illos concessa facultas, remittuntur in Confessione (vt dicimus contrà Suarez quæst. seq.) falso saltem indirecte, ac si essent ibi detecti, cum onere tenis in hoc tamen, & obligatione illos confidendi, dum in memoriæ late sup. in textu magis tamen venerint, & opportunitas ocurrerit, à quibus tr. 3. Ref. 52. potest quilibet Confessor expositus ab Ordinario & 53. & in absoluere, eò quod per priorem absolutionem fuit tom. 1. tr. 5. ab eis ablata reseruatio: In Votis autem commutandis Ref. 26. & 39. Nota aliter contingit propter explicatam cognitionem eiusdem in fin. sum, quæ in Commutante necessaria sunt: nam quomodo potest Commutans Votum pro materia promissa subrogate aliam, nisi Votum cognoscat, & qualitate eius: Hucusque Texeda, qui contrariam sententiam, pro qua adducit Henriquez, Sanchez, & Suarez, fallam vocat.

4. Sed iste Auctor, vt verum fatetur, licet alioquin sit Vir doctus, tamen in censoriis Auctorum opinionibus aliquando nimis, & parum modestè se gerit. Ideo ego puto sententiam affirmativam esse satis probabilem, quam ego olim \* docui, & me citato docet Resol. & 5. nouissime Pater Quintanaduñas de Iubilao duarum not. primæ hebdomadarum, cap. 11. num. 8. cui adde amicissimum, & doctum Patrem Georgium Gobat de Duplicitate Iubilao, cap. 39. quæst. 107. num. 305. vbi hæc ait: Potest vero commutatio Voti intrâ tempus Iubilai ita fieri, vt taliter Voto promissa: nam potest Confessarius dicere Pœnitenti. Ex hanc commuto tuum Votum in illam rem, aut res, quam, aut quas tibi designabo post tres, tr. 3. doct. aut quatuor hebdomadas. Sic docet Sanchez cap. 34. Ref. 74. & num. 31. Rodriguez, & alij. Probo hoc inde, quia Ref. 63. §. 4. Posset Confessarius post decem annos designare illas res etiam si tempore Iubilai nil audisset de tuo Voto? Sup. hoc ex quanto magis si ei illud expositi: Ind potest Confessarius dicere: Commuto tuum Votum in rem illam, quam talis, aut talis vir doctus à te consultus iudicauerit prudenter sustinendam. Ita Lessius, Ratio est, quia ille, qui præcisè substituet aliam rem, non exercet nullum actum Iurisdictionis: ergo ei poterit dari potestas sustinendi. Ita ille, & iterum ego.

#### RESOL. LXI.

Quis absolvitus fuit virtute Iubilai, quod postea non

lucratus est; queritur, an peccata oblita reseruata postea cuicunque Confessario confiteri?

Et notari, quod si aliquis confiteatur animo lucrandi Iubileum, & absolvitur ab excommunicatione & peccatis reseruatis, sed postea illud non lucratur, reservationem, & excommunicationem illam iterum non redire. Idem dicendum est de votis commutatis. Et deciditur, quod Confessarius non potest absoluere à censibus reseruatis, ino nec à censuris ea conditione, ut pœnitentia Iubileum increverit. Et an prædictus absolvitus à casibus, & censuris modis, quo sapientia, si postea mutet voluntatem & non lucrat, Iubileum, peccet mortaliter? Ex p. 3. tract. 4. Ref. 44. alias 145.

5. Probabiliter negatiuam sententiam docet Suarez in 3. p. tom. 4. disp. 31. sect. 4. num. 23. At ego magis probabiliter contrariam potu cum Sanchez de marim. tom. 2. lib. 8. disp. 15. n. 21. & in fin. tom. 1. lib. 4. c. 54. n. 45. Portel. in addit. ad dubia Regul. ver. Iubileum num. 19. & aliis, quia cum valida sit illa confessio, Confessarius ab omnibus peccatis, tum directe expeditis, tum indirecte ex obliuione omissionis absolvit; & dum Confessarius absolvit, habet, & habere debet intentionem, quamcumque reservationem à pœnitentem remouendi, illum iuxta potestatis sua extentionem absolvens & vere hac intentione eum absoluere potest. Ergo, &c.

2. Notandum est etiam hinc obiter, quod si aliquis confiteretur animo lucrandi Iubileum, & absolvitur ab excommunicatione, & peccatis reseruatis, sed postea illud non lucratur reservationem, & excommunicationem illam iterum non redire, quidquid in contrarium afferant Angles in floribus, part. 1. de confess. 4. lib. art. 5. diff. 4. Rodriq. in Bull. Cruc. §. 2. n. 8. & alij. Et hoc ratio est, quia non absolvitus fuit ab excommunicatione ad reincidentiam, nihil enim in diplomate tubuli de hoc agitur, nec absolvitio à reseruatis data fuit ea conditione, vt pœnitentia Iubileum lucretur, verum sine illo alio pacto, & obligatione absolvitur, sic dicendum est de votis commutatis. Et ita hanc sententiam sustinet. Suarez in 3. part. tom. 4. disp. 31. sect. 4. n. 5. & tom. 5. disp. 7. sect. 5. n. 30. Fillius, tom. 1. p. c. 10. n. 280. Emmanuel Sa ver. absolvit, n. 8. Sanchez de mar. lib. 8. cap. 54. n. 14. Henr. lib. 6. c. 16. n. 6. & lib. 7. c. 11. num. 4. Fillius tom. 1. tract. 8. cap. 10. num. 28. Valquez in 3. parr. tom. 4. q. 9. 1. art. 7. dub. 6. num. 5. Molschus in summa, tom. 1. tract. 7. cap. 16. num. 39.

3. Advertant etiam Confessarij, quod tempore Iubilai non possunt absoluere à casibus reseruatis ea conditione, ut pœnitentia Iubileum lucretur: nam pœnitentia absolvitio absolute esse debet, inquit nec à censuris sub tali conditione, nisi ex Pontificis concilio absoluere possint. Ita Henriquez & Sa b. sapientia, Sanctarellus in summa loco citato, num. 49. alij.

4. Sed inquietur curiosus lector, an supradictus pœnitentia absolvitus à casibus & censuris modo quo sapientia si postea mutet voluntatem, & non lucretur Iubileum, peccet mortaliter, & aliqui affirmatiuè respondent, Ita Suarez de Relig. tom. 2. lib. 2. cap. 6. n. 11. Coriolanus de conf. resp. 1. sect. 3. art. 17. existimantes hunc granter potest. Mihi placet opinio negativa quia hic nihil promisit, neque Confessarius, necipium Iubileum nullam obligationem ei imposuit, neque ipse Pontifex: quoniam illum Iubileum lucretur propositum habuisse latit est & sententiam mutans non peccat: eo quod nullus promisit, potest, aut obligationi contraveniat. Deinde tale præceptum non apparet. Itaque sine maximo fundamento pœnitenti imponi non debet. Et ita hanc sententiam docent Sanctarellus de Iubilao, c. 21. dub. 4. Naldus in summa, ver. Indulgencia, num. 4. Sanchez in summa, tom. 1. lib. 4. cap. 54. num. 54. Henriquez lib. 6. cap. 16.